



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117867

§. 16. Musulmanni in Creta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

nes Sarracenorum ex omnibus Insulis ^{Sæculum IX.}
 orisque vicinis prædas agentium muni- ^{A. C. 828.}
 vit.

§. XVI.

Musulmanni in Creta.

Nec sine causa Gregorius Papa timebat ^{Post. Theo-}
 Italiæ suæ; quippe Musulmanni in ^{pha lib. II.}
 Hispania, ^{n. 21. p. 46.} cujus pars non admodum fer-
 tilis est, cum tot alendis hominibus so-
 lum non sufficeret, colonias emiserunt,
 bello civili inter Michaellem & Thomam
 exorto ipsorum molimini favente. In
 complures Insulas appulsis nullæ obliste-
 bant naves, quo minus milites immitte-
 rent, nam cunctæ ad Constantinopolitanæ
 urbis præsidium fuerant advocatæ. Cum
 igitur explorassent, quam fertile solum es-
 set in Creta, anno sequente redeunt.
 Tum omnibus viris in terram expositis
 Dux eorum naves flammis comburi ju-
 bet, ut præcisa spe reditus, sibi victoria
 ibi sedes esse quærendas scirent. Photi-
 no Protospathario, quem Imperator cum
 copiis illo miserat, prælio victo, urbem
 in loco *Candax* ab incolis dicto moliantur
 indice Monacho. Hæc nempe Can-
 dia est, a qua tota Insula nomen accepit.
 Inde in Insulam effusi Sarraceni armis
 suorum præsidio destitutam sibi subji-
 ciunt. Triginta civitates deditionem
 fecerunt, ex quibus una tantum mores
 suos

Sæculum IX. suos & Religionem Christianam retinuit.
A. C. 828. Illo tempore Cyrillus Episcopus Gortynensis Martyrium passus est, quod JESU Christi Fidem abjicere noluisse. Eum non nulli Scriptores cum antiquo Episcopo sub Decio Martyrii palmam adeptum confuderunt, quem alii in Ægypto palsum dicunt.

§. XVII.

Musulmanni in Sicilia.

In alia orbis parte Musulmanni ex Africa in Siciliam appulsi Panormum ceperrunt. Elapsis aliquot annis Turmarchus aliquis, seu militum in Sicilia Tribunus, nomine Euphemijs, cujusdam Monialis amore captus, e monasterio raptam in matrimonium accepit. Tunc vero puellæ fratres querelam contra Euphemium deferunt ad Michaelem Imperatorem, simili sacrilegio pollutum, quandoquidem Tecla uxore sua elata tori consortem sibi delegerat Euphrosinam, filiam Constantini, ex Irene geniti, in Insula Principis institutum monasticum professam. Nihilominus recepto accusationis libello, & mandatis ad Strategum, seu Siciliae Præfectum, missis præcepit, ut si crimen probaretur, lege in eum ageret, juberetque, naribus mutilari. Euphemijs autem cognito periculo milites & quosdam Duces in seditionis

socie-

Chr. Cass. I. c. 11. Post Theoph. n. 27.

c. 24.